

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XII. Josephus fellis aliquid propinat fratribus. Felle oculos purgari. Hic  
de inspiciendis Mundi nequitiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

*proficiscuntur clemente tritico, cur vobis haec via videatur difficultas sed desidie proprium est cauasti, non xam honesto nomine praetexere, culpam excusationibus amovertre. Dicit piger, leo est in via, & leena in itineribus. Ita occasionem negligit.*

*Occasio actionum anima, & rerum gerendarum mater.*

*Isaiae c. 55. v. 1. & seqq. paucula mutatio in institutum.*

*Priscis in ore fuit: Occasio actionum anima, & rerum gerendarum mater. Vigilantis est occasionem observare properantem. Quantas, Christiani, occasions negligimus? Frenuentrum electorum, Eucharistia celestis, Panis Angelorum in templis proponitur venalis prelio modestissimo. Iscariotes Judas argenteis tringita vendidit celestem hunc panem. Emendus nobis offeratur sine argento. Isaiae verbis proclamat Ecclesia: Omnes clivientes venite ad pavim: qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione. Quare appenditum argentum non in panibus, & laboreretur frumentum non in saturitate? Audite audiens me, & comedite bonum, & delectabatur in crastinidine anima vestra. Quid torpemus, & negligimus? quod membris, quod in heddomadibus, imò quor diebus licet hunc panem emere, cur anno toto vix semel iterumque hunc panem gustamus? Oscitantia prorsus damnofa.*

*Nicephorus bellum inter Martianum & Zenonem lib. 16. hist. de imperio certantes gestum memorans: Occasio, inquit, aquila est ad pedes advolans, & facile capi se finens. Negligis? In altum augustinus? Vis sequi? Rides illam citio non reditura. Nunc occasio est orandi, elemosynas largiendi, jejunandi, culpas expiandi, virtutes omnia excedendi. Cur negligimus? Fronde capitata est, sed post occasio calva.*

*Bosquier in fibris jen- taculis, mibi pag. 32. Quod & alii inculcamus.*

*Philippus Bosquier è divi Francisci familiâ de hac ipsâ occasione mentionem injiciens: Novi, ait, Ernestus Comitem Mansfeldum senem pene centum annorum Gallico idiomate dicere soletum: Qui tempus expectat, cum tempus habeat, in tempus faciet, quo eum moræ pœnitentia. Ecclesia cantans hortamenta non ignoramus: Ecce nunc tempus acceptable, ecce nunc dies salutis! Emendemus in melius, que ignoranter peccavimus, ne subito preoccupati die mortis, queramus spatum pœnitentia, & inventure non possumus. Hoc momentum Ecclesia carmen est. Quare ergo negligimus? Hic animi torpor ex imperfetta voluntate nascitur. Agamus rem nostram dum licet, ne incidamus in tempus, quo nos moræ pœnitentia. Occasio, velut aquila, ad nostros nunc pedes ledet, sinitque se capi. Ubi avolaverit, non facilè redibit: post occasio calva est. Audimus, quod triticum vehundetur in Ägypto, descendamus, & emamus nobis necessaria, ut possimus vivere. Nunc forum & mercatus est, punc invitato occasio, nunc dies pacis sunt & gratiae. Emamus dum licet, ut amur occasione, dum uti possimus, dies optimos in nostrum trahamus commodum. Sequamur Christi monensis vocem: Ambulate dum lucem habetis.*

*Ioan. c. 12. vers. 35.*

## CAPUT XII.

*Iosephus fellis aliquid propinat fratribus. Felle oculos purgari. Hic de inspiciendis Mundi nequitius.*

*Gen. c. 42. v. 18. ad 26.*

*Dile autem tertio eductis de carcere ait: Facite, que dixi, & vivetis. Deum enim timeo. Si pacifici estis, frater vester unus ligetur in carcere; vos autem abite, & fertre frumenta, que emissis in domos vestras, & fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possum vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt, ut dicerat. Et locuti sunt ad invicem: Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, viidentes angustiam anime illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus, idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus unus, Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non auditis me in sanguine ejus exquiritur. Ne scie-*

*A bant autem, quod intelligeret Ioseph, èd quod per interpretem loqueretur ad eos, avertitq; se parumper, & flevit, & reveritus locutus est ad eos: Tollensque Simeon, & ligans illis presertibus, iusit ministri, ut implerent eorum saccos tritico, & repounerent pecunias singulorum in saccis suis, datis supra cibarius in viâ: qui fecerunt ita.*

*Itiffima fuit Josephi in fratres austertas, quæ illos Ministris ad triduum in custodias minimè duras inclulit, Elaplo Josephi triduo jubens Josephus fratres educi carcere, & jam fratres presentes allocutus: Vos, inquit, facite, quæ dixi, & ego vobis faciam vitæ gratiam; Deum enim timeo. Quod si potestis fidem dictis vestris addere, nec adversus pacem quidquam molimini, vestrum unus servetur obsecus in carcere, vos ceteri abite, frumentum reportate. Sed fratrem vestrum natu minimum, primo quoque tempore hoc fistite, ut quam vera dixeritis, re ipsa competiam. At illi collatis inter se capitibus: Merito hec pati mur, ajunt, quia peccavimus in fratrem nostrum, cum in su-*

*B premis angustiis sibi vitam rogaret non auferri. At nos in saxa obrigesceptes omnem ei gratiam negavimus. Idcirco jam pœnas damus. Hic Ruben: Nunquid non dixi vobis, inquit, ut manus ab adolescenti abstinentias: & non audistis me. En pœna à nobis repetuntur ob fratrem tam crudeliter habitum. Dum hæc inter se dicentes, suspiciati non sunt ea intelligi à Domino quicum loquerentur, quandoquidem per interpretem loquebantur. At Josephus comiter se avertens flevit: oculis*

*jam compotis sermonem cœptum petravit. Ergo Simeon meo velut obsecus ligatur in custodiam duendus. Ceteri remittuntur domum cum tritico, reposita simul in ore saccorum pecuniâ, quæ debebatur venditori; additis in viam cibaris. Ita iter ingressi sunt. Manipulos hinc colligendos non negligamus.*

*I. Sonum & instantem subinde par supplicium. Cur t. Simeon Rubeno Deus non pepercit insonti? Dominus Deus exercitum ferè ritu militari hoc agit: Miserebor, cuius misereor, & misericordiam praefabo, cuius miserebor. Igitur non volentis, neque currantis, sed miserentis est Dei. Militie, sons Rom. cap. 10. insens cæditur, & cum nocente perit innocens; nocens punitur, & luit quod meruit, innocens probatur & exercetur, anhelatque præmium, pro quo pugnat.*

*II. Nullum malum impunitum. Nam eti condonetur culpa, non continuo remittuntur pœna, quæ culpam omnem non claudo pede sequitur. Josephus fratres custodie mancipavit triduo. Idque iure merito. Nam triple facinus commiserunt in fratrem. 1. Statuerunt occidere. 2. Miserunt in cisternam fame peritum. 3. Vendiderunt transuentibus mercatoribus, hoc maximè spectantes, ut eum a se atque parentibus amolirentur. Samè non leves culpæ, utique tamen dolentibus dimisit, fratrem sed luendæ nihilominus pœnam.*

*III. Vaticinium conscientia non spernendum. Josephi fratres inter se colloquentes: Merito, inquit, haec pati mur, quia peccavimus in fratrem nostrum, viidentes angelum non fieri animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus, idcirco venit super nos ista tribulatio. Non vanè omnianbar post commissam culpan, sibi luendam esse pœnam. Ubi peccatum, ibi & Nemesis. Omne delictum suum à tergo habet vindictam, etiæ frequenter seram.*

*IV. Fel & mel nusquam non simul sunt. Frumentum & Ed acceperunt Josephi fratres, sed prius subierunt carcere, benevolentiam fratris, & severitatem experti, adversa & prospera fortuna arctè colligata. Nimur sepe pluit ridente sole, sepe tonat sereno cælo, inter spinas rubent rose, inter flores nobilissimos aconiti leguntur, apiculæ mellis proximum ferunt aculeum, nec ipse sol sine maculis est, absinthium non raro vicinum thymo nascitur. Fellis & mellis dissidium in eadem habita viciniâ.*

*V. Fel purgat oculos. Aphorismus pœne paradoxus, f. Ed non Hippocratis, non Galeni, sed Spiritus divini. Aque garacula hoc*

hoc explicatiū trademus, quā ratione fel collyrium sit  
oculis, ut quis & seipsum & Deum perspicaciū in-  
tueatur.

## S. I.

**A** Primigeniā protoplastorum culpā, tanta premitt  
cæcitas humanam gentem, ut quisque secum in-  
gen hoc habeat negotium oculorum noctem pellere.  
Quid parentes non tentant, ut liberos paullatim do-  
ceant mentis oculis uti & aliquantulum supra infantiam sapere. Quantū sudatur & disputatur in scholis,  
quorūm hic omnis scholasticus sudor? ut rario plus lu-  
minis accipiat. Quantū laboratur & clamatur in tem-  
plis. Quo clamores isti? ut auditores videant, quan-  
viam insistant. Liceat dicere: Sollicitus est Deus, & va-  
ria subministras auxilia, ut cæcus homo illuminetur, &  
suum tam præsentia, quam futura pericula circumspiciat.  
Eo clamitantes spectant plurimæ, ut vexatio det in-  
tellectum & animi tenebras dispellat, docéat lumen  
oblatum non spernere. Christus cæcum sanaturus, mas-  
sulam è salivâ & luto subegit, eoque cæci oculos linavit.  
Quis hic non exclamari! Domine, quid hoc agis? Istud  
collyrii genus vistum adimit, non reddet; oculis non  
quadrat lutum. Quiesce, mi homo, quisquis es, & has  
medico curas permitte; ille sciet, quo artificio modera-  
dum sit cœcitat. Revera lutum sputo madidatum oculi-  
los cœci referavit. Cæcus ipse reflets: Modò, inquit, video.  
Hoc ipsum certè, quod nobis lutum est, quod affligit,  
quod cruciat, id oculos pandit. Hinc verè Gregorius:  
Oculus, inquit, quos culpa claudit, panca aperit. Eadē de re  
Augustini sententia est: Tribulatio excitat torpem, hu-  
milias superbientem, purgat penitentem, illuminat cœcien-  
tem, coronat innocentem.

Fel istud afflictionis vistum mirificè restaurat. Tobiae  
comes Angelus jam circa finem itineris filium herilem  
instruens de salutando patre: Vbi introieris domum tuam,  
inquit, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens  
accide ad patrem tuum, & osculari eum, statimq[ue] lini super  
oculos ejus ex felle isto pisces, quod portas tecum. Scias enim,  
quoniam mox aperientur oculi ejus, & videbis pater tuus lu-  
men cali, & in aspctu tuo gaudebit. Tunc sumens Tobias de  
felle pisces, linavit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiā  
seri horam, & capiit albugo ex oculis ejus, quasi membrana  
ovi, egredi. Quam apprebendens Tobias traxit ab oculis ejus,  
statimq[ue] vijuni recipit. Dicbatque Tobias: Benedic te Domine  
Deus Isræl, quia tu casigasti me, & tu salvasti me, & ecce ego  
video. Quoties istud in seipso quique experitur, cum  
gravis urget, similique etiam docet afflictio, cum affli-  
ctus cogitare facerit: Ecce ego video, quas mundus agat grata-  
tias, quale persolvat stipendum, quod suis redditat præ-  
mium. Ecce ego video, quod solus Deus amicorum om-  
nium fidissimus sit amicus: ceteri omnes temporū nu-  
bilo destruunt, ridentque pereunt, amici ad ollam  
& ad mensam, desertores in periculis. Ecce ego video,  
quam totus homuncio nil sit, quam omnis vita homi-  
num velut umbra fugiat; subito insurgit aura strictior &  
diffat vitam. Ecce ego video, sumnum & unicum esse soli-  
tum providentia ac voluntati divina se totum com-  
mittere: agat quod vult optimus Deus; ipsi de nobis cura est, moveatur terra, configant montes, ruat cælum,  
divina nos voluntates protegeret. Quid opes vani struimus,  
quid effurimus honores, peritut peritura cumulamus,  
studiis proflui infantilibus? quid horum ad tribunal  
Christi asportabimus? Servire Deo, regnare est; obse-  
qui Mondo, servire diabolo, perire est. Merito igitur  
hac patior, quia peccavi in fratrem meum, Christum  
Dominum. Ita hæc modò video.

Ecce nunc iste videt: Fel pisces amarissimum, plurim  
incursus adversorum, lumen oculorum communicavit.  
Nunc & Deum, & seipsum, & Mundum longè cernit  
acutius.

**I. S. II.** **D** Eum certè calamitas luculentus spectandum  
offert. Videat magnos reges diu cæcos; adversi-

demum fortuna oculos restituit. Talis Ozias, qui cœ-  
catus Sacerdotii munus invasit, sed perterritus festinavit  
egredi, eo quod sensisset illico plagam Domini. Talis & Ro-  
boamus: Cāmque aboratum fuisse regnum Roboam, & con-  
fortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Isræl cum eo.

Ruebant in vetitum ut cæci. Quapropter Felle curandi  
erant. Venit igitur Sesac rex Ägypti in Hierusalem (quia  
peccaverant Domino) cum mille ducenti curribus, & sexaginta

Adversa fortuna vi-  
millibus equitum, nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo  
ez Ägypto. Cepitq[ue] civitates munitissimas in Iudæa, & venit usq[ue] a

in Hierusalem. Semeias autem Prophetæ ingressus est ad Ro-  
boam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Hierusalem

fugientes Sesac, dixitq[ue] ad eos: Hæc dicit Dominus: Pos reliqui-  
fis me & ego reliqui vos in manu Sesac. Confermatq[ue] prin-  
cipes Isræl, & rex, dixerunt: Iustus est Dominus. Clingue vidisset

B Dominus, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Se-  
meiam, dicens: Quia humiliati sunt, non dispersi sunt, dabo-  
que eis paucissimum auxilii, & non illabit furor meus super

Hierusalem per manum Sesac. Verumtamen leviant ei, &  
scient distantiam servitutis meæ, & servitutis regni terrarum.

Sapiant suo damno, discantque nos Deum, quem ha-  
cetenus habuerunt, & Dominum quem habituri sunt.

Ita rex Sesac abiit, sed omnes thesauros templi ac palati-  
næ domus, clypeosque aureos à Salomone factos ab-

stulit. Et ecce jam videt rex Roboam: & ecce jam vi-  
dent principes Iuda: oculosq[ue] restituit rex Sesac. Quia 1bid. v. 12,

humiliati sunt, aversa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt pe-  
nitius: siquidem in Iudæa inventa sunt opera bona.

Ita Manasses, ita Nabuchodonosor, ita & Antiochus

Epiphanes, ubi senserunt fel illud, lucem oculis admis-  
serunt. Manasses, postquam coangustratus est, oravit Dominum

Deum suum, & egi penitentiam valde coram Deo patrum  
suorum. Deprecansq[ue] est eum, & obsecravit inuentem. Et exau-

C dit orationem ejus, redixitq[ue] eum in Hierusalem, in regnum

suum. Et cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset Deus. Et

ecce vidit. At verò Nabuchodonosor: Nunc igitur ego Nabucho-

Nabuchodonosor, inquit, laudo & magnifico, & glorifico re-  
donosori,

gem cali, quia omnia opera ejus vera, & via ejus judicia, &

Dan. cap. 4: gradientes in superbiā poteſt humiliare. Et ecce jam videt.

Antiochus fel dolorum sentiens: In quantam, inquit, tri-

bulationem deveni, & in quos fluctus tristitia, in quā nunc sum:

qui jacundus eram & dilectus in potestate meæ. Nunc vero re-

missus malorum, quæ feci in Hierusalem, unde & abstuli

omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in eâ: Cognovi ergo,

quia præterea invenerunt me mala ista. Perinde si diceret:

Merito hæc patior quia peccavi. Et ecce hi cæci vident.

Tam potens est fel afflictionis, ut maximorum regum

oculos referat. Nunc vident Deum, quem anteā non

viderant. Idem Judæi evenit: Cum occideret eos, quare-  
bant eum, & revertebantur. Sic & aliorum hominum mul-

ta millia incipiunt videare Deum, cum incipiunt sentire

D fellis amatorem, & afflictions mortsum. Ita nos quoti-

die nostris malis eruditum. Et ecce videmus Deum.

**I. S. III.** Seipsum quis optimè videt in miseriis, in mor-

bo, in ærumnis, sibi que ipse concionatur in hunc mo-

bus: Vide tandem, quantus herus sis, quam firmus,

& robustus, quantarum virium, quam infractus. En quid

forma sit, quam inconfit, quam fragile bonum, quid & in æ-

corporis cultus jam iuvat? quid congefta opes? quid ruinis.

cetera vana & fluxa? Cùm sanus essem patientem te cre-

debas: vide nunc quam modica, quam nulla tibi sit pa-

tientia, quam divinæ voluntati ægræ consentias, quam

paternam Dei castigationem moleste feras, tanquam si

insols & minimè reus plecharis: agnosce causas tui

morbi, tuas noxias: tute tibi intrivisti, quod tibi exedun-

dum est. Et ecce jam videt agrotus iste, anteā cæcus.

Plin. Secundus  
dus 1.7. epi-  
stolar. ep. 2.6.

quit,

quit, cuiusdam amici languor admonuit, optimos esse  
nos dum infirmum sumus. Quem enim infirmum aut ava-  
ritia, aut libido sollicitat? non amoribus servit, non ap-  
petit honores, opes negligit & quantulumcumque, ut  
relictus, satis habet: tunc Deos, tunc hominem se esse  
meminit: invidet nemini, neminem miratur, neminem  
despicit, ac ne sermonibus quidem malignis aut atten-  
dit, aut aliter; balnea imaginatur & fontes. Hæc summa  
curarum, summa votorum, mollèmque in posterum &  
pinguem si contingat evadere, hoc est, innoxiam beatamque  
destinat vitam. Possum ergo, quod pluribus  
verbis, pluribus etiam voluminibus Philosophi docere  
conantur, ipse breviter tibi mihiq[ue] precipere, ut tales  
esse lani perseveremus, quales nos futuros profitemur  
infirmi. Exhortatio prorsus Christiana. Certe libidinum  
petulantia non infestat, cum dolores sœviunt in corpus,  
nec gula temulentia suadet, cum nauseat stomachus,  
& necessariam quoque alimoniam reculat. Piget lasci-  
vire, cum nece etiam pædet vivere. Insignem secum mo-  
destiam allert morbus, cogitque aperire oculos inter  
clausos.

3. Mundum etiam, Mundique fallacias perspi-  
cimus, cum afflictionis fel in oculis sentimus. E placitis  
fallacias philosophorum est: Sensibile supra sensum possum non  
facit sensationem: Non probè cernitur, quod oculo ni-  
mum admoveatur. Cum omnis pæne affectus noster in  
Mundum tendat, vafridem & astus Mundi non satis  
perspicimus. Hinc male ignoramus, quād ille vanus,  
fallax, instabilis, amarus, nequam & malus sit. Vanus est,  
teste regio psalte: *Fili hominum usquequo gravi corde, ut*  
*quid diligis vanitatem?* Mundum putatis seruum cum ri-  
deret, & dona spargit: merus lufus est, dat ut irerum rap-  
piat & datis plura. Fallax est. Nam pollicitus dives pluri-  
ma promittit, non stat promissis. Tres Italæ civitates,  
Urbinum, Senæ, Ferraria, Eugenium IV. Pontificem  
summum magnis precibus convenerunt, ut Senensis  
Bernardinus sibi daretur Episcopus. At vir sanctus obla-  
tas tres mitras constantes respuit, valde veritus ne quid  
mundana vanitas lateret in mitu. Hinc sibi tutius fore  
cessit, mitram pede calcare quād capite gestare. Non  
fudit Mundi, quisquis novit Mundum. Instabilis est, Vir  
opulentus, & principum favore magnus à nonnemine  
interrogatus est: Quid ad omnem fortunam sibi deesse  
judicaret? Ille prudenter, Clavum, inquit, unicum, quo  
fortunam mihi tam propitiari & blandientem affi-  
gam, ne avolet. Sed hactenus hic clavus nusquam est  
repertus. Amarus est Mundus, quod Deuteronomii liber  
adumbrans: *Vra fells, vra eorum, inquit, & bonus amaris-*  
*mus.* Ajunt oltorem cùm ad sceptrum & diadema  
vocarétur, interrogatum, quād tandem fortunam pri-  
orem tolerare potuisse: Hoc potius, aiebat, interrogate,  
quomodo recens oblatam sim toleraturus. Jamque ca-  
pite coronam recipiens: O gravem, inquit, pileum, &  
speciosum magis, quād deleatibilem: sub te amatoris  
plurimum latet. Talis est omnis Mundanus favor &  
honor. Mundus feculentis amaritudinibus referuntur  
nos, quas tunc experimur maximè, cùm videmur suauissime  
haberi. Ostentat Mundus poma mitia, pira dulcia,  
sed ingerit aigreitia, & acerba. Que Heliodus fla-  
gellatus, Aman suspirans, Absalon confosus, & similes  
ali probè gustarunt. Malus denique Mundus est. Quod  
apertissime Joannes pronuntiat: *Mundus totus in malo*  
*positus est.* Pessimus certè pannus est, cuius nec unicum  
quidem filum numeraveris bonum. Ægyptus, Sodoma,  
Babylon germana Mundi imago. E fraudibus & nequi-  
tias facile Mundus noscitur. Hæc autem tunc maximè  
vera credimus, eaque velut oculis subiecta cernimus,  
cū mōrēs & curæ, cū morbi & dolores, cū  
paupertas & injuria, cū obrestationes & calumniae  
premontant, angūtique. Et ecce tunc vi-  
sus, cū erum-  
narum fel unit oculos.

Instabilis.

Amarus.  
Dent. c. 32.  
vers. 32.  
Abdalomy-  
mus apud  
Carium  
1.3. bifi. c. 2.  
Hic interro-  
gatus, quā  
patientia  
inoptata tu-  
lisse: Vitam  
aiebat, eo-  
dem animo  
regnum pati  
possem.

Malus.  
1. Ioan. c. 5  
vers. 19.

A Pologi veteris hæc est narratio. Duo sunt Jovi  
dolia, melle unum, alterum felle plenum. Epri-  
ore stillat gustatim dulcis, & torquent liquor, veluti cum  
olitor per hydræ minuta foramina irrata plantas, ex  
altero fellis imbris largi defluant. Sentimus equidem,  
quād liberaliter sese in nos egurgitet hoc dolium; unde  
quæ complimur nimbis felleis, cùm interim vix pau-  
ca in nos mellis guttula delabuntur. Signum bonum  
hæc sentiri: modo referunt oculi nostri, modo sci-  
amus distaniciam servitum Dei, & servitum regni terra-  
rum. Discamus nosse, quid sit servire Deo, quid Mun-  
do. Fateamur interim, quod Iosephi fratres: *Merito hac*  
*patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum,* Christum.  
Sed apolo profano, sacrum atexo, quem Damaf-  
nus narrat.

Monoceros, seu, Unicornis insequebatur hominem  
B fugientem. Hæc eum fuga rapuit in altam foveam, In  
hanc dum præcepit ruit, in ipso lapsu excrescentem è ve-  
teri muro arbuculam apprehendit, & lapsum utcum-  
que sustentavit. Dum in arbuculâ harer anteps vitæ, in  
inā foveâ hiantem cernit draconem, & è muro qua-  
tuor aspides diversis locis promicantes, duos etiam mures  
conspicatur, album & nigrum, qui arbuculam illam  
aspidis mortibus convellerent. Sed ille periculorum  
omnium horum contemptor, ex arbuculâ reliquias  
apum, mellis aliquid stillare animadvertis. Inexpetata  
hac dulcedine illectus miser, obliviſci coepit, & feroci-  
simæ bellæ insequens, & draconis in ino insidiantis,  
& aspidum è pariete imminentium, & murum arbuculam  
corrodingentium, & veluti rerum omnium lecurus  
mellis stillas incepit lingere. Atque hoc vitæ nostra ve-  
ra effigies est. Unicornis, mors est, foveam, Mundus, Ar-  
bor, Vita; Mures, nox & dies vitam consumentes; Aspi-  
des, elementa nostri corporis; uno nimium excedente,  
actum de vitâ Draco, diabolus semper in inidis exca-  
bans; Mel, fatua dulcedo Mundi. O ter miseros, qui hac  
fatali melligine trahi, & cælum, & inferos, & Deum,  
& seipso obliviſcantur! Hi tales nihil vident, nisi quod  
proximum est oculis mel.

Agamus igitur Deo gratias, quando ærumnarum fel  
sic oculorum nostrorum aciem instaurat, ut eernamus  
Unicornem, geminosque mures, ut horreamus draco-  
nem, quatuor aspides, ut fugiamus foveam, torme  
in ea latitantes hostes. Bene homini quantumvis cala-  
mitos, cui licet dicere: *Ecce nunc video.* Et ideo tantum mel  
Mundi non emo; suavius esistire possum. Quæcumque  
patrior, merito patrior, quia peccavi in fratrem meum  
Christum Dominum. Sed placabilis Josephus, exorabi-  
lis Christus; modò placandi opportunitum tempus non  
negligatur. In promptu est gratia poscenti.

### C A P V T XIII.

Iosephus nondum agnitus suorum fami-  
currit. Famis & omnium malo-  
rum causa peccatum.

A T illi portantes frumenta in aenis suis profecti sunt; Gen. 1.20.  
apertoq[ue] unus sacco, ut daret jumento pabulum in diver-  
sorio, contemplatus pecuniam in ore facili, dixit fratribus suis.  
Redditæ est mibi pecunia, en habetur in saccu. Et oblungati,  
turbatiq[ue], mutuo dixerunt: *Quidnam est hoc, quod fecit nobis*  
*Deus?* Venerantque ad Iacob patrem suum in terram Cha-  
naan, & narraverunt ei omnia, que sibi accidissent, dicentes:  
Locutus est nobis Dominus terre durè, & putavit nos explora-  
tores esse Provincia. Cui respondimus: Pacifici sumus, nec ullas  
molimur infidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus:  
unus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Cha-  
nan.